



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

8. An si Clericus in hac Dioecesi crimen committens ob quod spectato  
communi jure puniendus sit, citatione praeventus, fines loci, in quo  
deliquit, excesserit, ab Episcopo alterius Dioecesis in qua ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

8. Altera controversia est: An si Clericus in hac Diœcesi crimen committes, ob quod spectato communi jure puniendus sit, citatione præventus fines loci, in quo deliquit excederit: ab Episcopo alterius Diœcesis, in qua delinquens degit, aut latitat, citari ac capi possit? Respondet posse: per L. si cui 7. §. ultim. ff. de accusat: & Auth: ut nulli Iudicium. §. si verò collat: 9. non quidem ut eum ipsem punit, (nisi consuetudo regionis, de quo infra, permittat Gail: lib. 1. de pace pub: cap. 16. n. 30.) Sed ut eum ad Episcopum delicti, seu potius domicilii, aut beneficii remittat; quia idem etiam in seculari foro servatur, si territoria sub eodem Principatu sint: ut constat ex cit. Auth: & Covar: pr. q. cap: 10. n. 11. constat autem Diœceses omnes sub eodem Principe, videlicet Papa, qui publica legi Clericos facinorosos constringi ac puniri jubet. cap. 1. de off. ord: cap. et si Clerici. 4. di judic. Igitur unus Episcopus alteri auxilium præbere potest, & sæpè debet: præferunt si reus contumaciter in censura, juris aut hominis perseveret, cum continuo delinquat, & Ecclesiam offendat; conse-

quen-

Si Cle-  
nittēs,  
inien-  
ci, in  
po al-  
degit,  
pondeo  
sat: &  
9. non  
si con-  
mittat  
Sed u-  
us do-  
i idem  
errito-  
onstat  
i. con-  
odem  
ta lego  
punin  
i. 4. di  
uxili-  
ræser-  
juris-  
tinuo-  
onse-  
quen-  
quenter subjacet aliquo modo Episcopo-  
loci, ubi moratur, saltem ut ad emenda-  
tionem, & absolutionem petendam com-  
pelli possit.

9. Sed quid si ministri justitiæ Reum  
persequentes in fuga deprehendere non  
possint, nisi limites jurisdictionis alienæ  
ingrediantur: quid factō opus? Respondeo  
desistere debent post fines proprios: quia  
capturam realēm exercendo in territorio  
alieno jurisdictionem invaderent. Quare  
tali mōdo captus contra jūra, statim rela-  
xandus esset teste *Gail: cit. lib. 1. c. 16. n. 25.*  
*ex communi DD.* Nisi sint latrones, prædo-  
nes, aut similes pacis publicæ violatores.  
Multoq; magis id procedit de Religiosis  
fugitivis, aut apostatis, quod à Prælato  
Ordinis, aut ex mandato eiusdem, ubiq;  
capi, & reduci possint. Bald: communiter  
receptus in L. I. C. ubi de curiali; ob per-  
sonalem eorum obligationem. Idemque  
est de conjugē erga fugiētem conjugem,  
& de Domino erga servum, seu mancipi-  
um. Alii verò, ut dictum, si in fuga lati-  
tent, ita ut citari nequeant, aut ad eos ci-  
tatio peryenire non possit; *juxta Panor:*

*in cap:*